


ISAGOGICA  
 Figura radiationum omnium in Zodiaco.



Schema hoc omne continet radiationis exemplum a quouis Zodiaci signo perceptum. Sic nancq; planeta in Ariete Geminos sextili, Cancrum quarto, Leonem trino, ac Libram diametrali aspectu a dextris aspicit. Similiter a sinistris, hoc est contra successionem signorum ♊ ♋ & ♌ eisdem aspectibus retrospicit. Quod non minus de reliquis cœli signis singulariter, atq; exemplariter descriptum apparet. Signum signo, & gradum gradui referendo. Et si nancq; Stella quælibet radiu suum tam luminis, quam uirtutis occultæ infinite, atq; orbiculariter ubiq; diffundit, efficaciora tamen deprehensa sunt loca hæc quatuor, uidelicet latus sexanguli, quadrati, trianguli, atq; oppositus stellæ situs eidem. Quia aut planeta essentialiter in fortuna per aspectum, uel aliter per accidens sæpius fortuna fit, & e conuerso; Ideo accidentia eadem breuiter inferius colliguntur.

B